

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIAE
LIBER VI.

Pontus Euxinus.

CAP. I.



PONTVS Euxinus antea ab inhospitali feritate Axenos appellatus (peculiari inuidia naturæ, sine ullo sine indulgentis auiditati maris) & ipse in Europâ Asiâq; funditur. Non fuerat satis oceano ambisse terras, & partem earum, aucta immanitate abstulisse, non irrupisse fractis montibus, Calpeq; Africa auulsa tanto maiora absorbuisset q̄ reliquerit spatia, non per Hellepontum Propontida infudisse, iterum terris deuoratis: à Bosphoro quoq; in aliam uastitatem panditur nulla satietate, donec expatianti lacus à Mæoti rapinam suam iungant. Inuitis hoc accidisse terris indicio sunt tot angustie, atq; tam parua naturæ repugnantis interualla, ad Hellepontum ostium gentorum lxxv. pass. ad Bosphoros duos, vel bubus meabili transitu. Vnde nomen ambobus, & tanquam in dissociatione germanitas concors. Alitum quippe cantus, canumq; latratus inuicem audiuntur: vocis etiâ humane cõmercia inter duos orbes * manente colloquio, nisi cū idipsum auferūt v̄t̄i. Mensurâ Ponti à Bosphoro ad Mæotiū lacū quidā fecere xiiij. xxxviiij. M. d. pass. Eratosthenes c. minorē. Agrippa à Chalcedone ad Phasin x. M. Inde Bosphorū Cimmeriū ccclx. M. Nos interualla generatim ponemus comperta in nostro æuo, quādo etiâ in ipso ore Cimmerio pugnatū est. Ergo à faucibus Bosphori est amnis Rhebas, quem aliqui Rhæsum dixerūt. Deinde Psillis, portus Calpas. Sangarius fluius ex inclytis. Oritur in Phrygia, accipit vastos amnes, inter quos Tembrogii & Gallum. idem Sangarius à plerisq; dictus Coralius, à quo incipiunt Maryandini sinus oppidum Heraclea Lyco flumini appositū. Abest à Ponti ore M. ducētis: portus Acone, veneno aconito dirus. Specus Acherusia. Flumina Pedopiles, Callichorum, Sonautes. Oppidum Tium, ab Heraclea xxxviiij. M. pass. Fluius Billis.

Gens Paphlagonū & Cappadocū. CAP. II.

Vltra quem gens Paphlagonia, quam Pylemeniā aliqui dixerūt, inclusam à tergo Galatia. Oppidum Mastya Milesiorū, deinde Cromna. Quo loco Henetos adiicit Nepos Cornelius, à quibus in Italia ortos cognomines eorū Venetos credi postulat. Sesamū oppidum, quod nunc Amastris. Mons Cytorus, à Tio lxiiij. M. pass. Oppida Cimolis, Stephane. amnis Parthenius. Promontorium Carambis vasto excursu, abest à Pōti ostio cccxv. M. pass. vel vt aliis placuit, cccl. M. Tantundem à Cimmerio, aut vt aliqui maluere cccxij. M. d. Fuit & oppidum eodem nomine, & aliud inde Armine, nunc est colonia Sinope à Cytoro clxiiij. M. Flumen Varetum. Gens Cappadocum. Oppidum Gaziura & Gazelum. Amnis Halys,

à radicibus Tauri per Cataoniam Cappadociamq; decurrens. Oppida Gangre, Carissa: Amisum liberū, à Sinope cxxx. M. pass. Eiusdemq; nominis sinus tanti recessus, ut Asiam pene insulā faciat, cc. M. pass. haud amplius per continentem ad Issicum Cilicia sinum. Quo in omni tractu proditur, tres tantum gētes Græcas iure dici, Doricam, Ionicam, Aeolicam, ceteras Barbarorum esse. Amiso iunctum fuit oppidum Eupatoria, à Mithridate conditum. Victo eo, Pompeiopolis vtrunq; appellatum est.

Cappadocia.

CAP. III.

Cappadocia intus habet coloniam Claudij Cæsaris Archelaidem, quā præstuit Halys. Oppida Comana quod Sarus, Neocæsareā quod Lycus, Amasiā quod Iris, in regione Gazacena. In Colopena vero Sebastia, & Sebastopolin. Hæc parua, sed paria supradictis. Reliqua sui parte Melitam à Semiramide conditā, haud procul Euphrate: Diocæsareā, Tyana, Castabala, Magnopolin, Zelam. Et sub monte Argæo Mazacam, quæ nunc Cæsarea nominatur. Cappadocia pars præterea Armeniæ maiori, Melitene vocatur. Comagena, Cataonia, Phrygia, Garsauritis: Sargaurasana, Cammanene: Galatia, Morimene: vbi determinat eos Cappadox amnis, à quo nomen traxere, antea Leucosyri dicti. A Neocæsarea supradicta minorem Armeniam Lycus amnis determinat. Est & Ceraunus intus clarus. In ora autem ab Amiso oppidum & flumen Chadisi, Lycastum, à quo Themiscyra regio. Iris flumen deferens Lycum. Ciuitas Ziela intus, nobilis clade Triarii, & victoria C. Cæsaris: in ora amnis Thermodoon, ortus ad castellum quod vocant Phanaroeam, præterq; radices Amazonij montis lapsus. Fuit oppidum eodem nomine, & alia quinque; Phamizonium, Themiscyra, Sotira, Amasia, Comana, nunc Manteum.

Themiscyræ regionis gentes. CAP. IIII.

Gentes, Genetarū, Chalybum. Oppidum Cotyrorum. Gentes Tibareni, Moßyni notis signantes corpora. Gens Macrocephali, oppidum Cerasus, portus Cordula. Gentes Bechires, Buzeri. Flumen Melas. Gens Macrones, Sideni, flumenque Sidenum, quo alluitur oppidum Polomonium, ab Amiso cxx. M. pass. Inde flumina Iasonium, Melanthium, & ab Amiso lxxx. M. pass. Pharnacea oppidū, Tripolis castellū & fluius. Item Philocalia, & sine fluuio Liniopolis, & à Pharnacea c. M. pass. Trapezus liberum vasto mote clausum. Vltra quod gens Armenochalybes, & maior Armenia xxx. M. pass. distans. In ora ante Trapezuta flumen Pyxites: vltra vero gens Sannorū Heniochorū. Flumen Absarū cū castello cognomine in faucibus, à Trapezute cl. M. pass. Eius loci à tergo montiū Iberia est, in ora vero Heniochi, Amprentæ, Lazi. Flumina Capseonyssis, Nogrus, Bathys. Gentes Colchorum. Oppidum Matium, flumen Heracleum, & promontorium eodē nomine, clarissimusq; Ponti Phasis. Oritur in Moschis, nauigatur quālibet magnis

60. exatit
-tus n
-33895 0.

* micante

60. exatit
-tus n
-33895 0.